

Phe Lumen hoc uide. **An** grandiore gradum ergo fac ad me obsecro
Phe Salue. **An** ego salua sum que siti sicca sum. **Phe** at iam bibes
An Diu sit. **Phe** hem tibi anis lepida. **An** salue oculissime homo
Pa Age effunde hoc cito in barathrum propere
Ptolue cloacam. **Phe** tace nolo huic maledici. **Pa** faciam igitur male potius
An Venus de paulo paululum hoc tibi dabo haud lubenter
Phe Nam tibi amantes propinantel uinum potantel dant
Mibi haud sepe eueniunt tales hereditates. **Pa** hoc uide
Vet ingurgitat impura in se merum auariter plenis faucibus
Phe Perij hercle. huic quid primum dicam nescio. **Pa** hem istuc qd mi dixisti
Phe Quid id est. **Pa** perijisse ut te dicas. **Phe** male est dii faciant. **Pa** dicisti
An Ab. **Phe** qd est. equid lubet. **An** lubet. **Pa** etiam mihi quoque
Stimulo fodere lubet te. **Phe** tace noli. **Pa** taceo. ecce aut bibit arcus
Pluet credo hercle hodie. **Phe** iam ne huic dico. **Pa** quid dicel
Phe Me perisse. **Pa** age dice. **Phe** anis audi hoc uolo scire te pditus suz miser
An At pol ego oppido seruata. s; quid est quod iube pditus dicere te est
Phe Quia id quod amo careo. **An** phedrome mi ne plora amabo.
Tu me curato ne sitiam ego est quod amas iam huic adducam
Phe Tibi ne ego si fidem seruat mecum: uineam pro aurea statua
Statuam quae tuo gutturi sit monumentum
Qui me in terra aequae fortunatus erit si illa ad me bitet
Palinure. **Pa** sed pol qui amat si eget misera afficit erumna
Phe Non ua res est. nam confido parasitus hodie aduenturu
Cum argento ad me. **Pa** magnum inceptas si id expectas qd nunc est
Phe Quid si ad eam ad fores atque occentum. **Pa** lubet neque icto neque iubeo
Quando ego te uideo imutatus motibus esse heret atque ingenio
Phe Pessuli heus pessuli vos saluto lubens uos amo uol colo
Vos peto atque obsecro gerite amanti mihi morem amenissimum
Site ca mea lydi barbarij subtilite obsecro & mittite istanc foras
Quae mihi misero amanti ebibit sanguinem
Hoc uide ut dormiunt pessuli pessimi. nec mea gratia
Commovent se oculi respicio mihi meam uos gratiam facere
Sed tace tace. **Pa** taceo hercle quidem. **Phe** sentio sonitum
Tandem sed pol mihi morigeri pessuli fiunt

ANVS LENA. PLANESIUM VIRGO PHEDROMVS PALINVRVS.

Placide egredere & sonitum prohibe forum & crepitum cardinum